A authoritatē Auguſtini in libro de Trinitate aſſerentis : In
Beatus Auguſt. his,q̃ non mole magna ſunt idem eſt maius eſſe quod me
lius eſſe,& eſt in.7.de Trinitate ca.8. uolunt quod duplex
ſit quantitas, molis uidelicet,& uirtutis: quãtitas molis eſt
in rebus corporalibus ſcđm q̃ aliquid extenditur.Quanti
tas uirtutis eſt quantitas perfectionalis.& ſic etiam dicunt
de finitate,& infinitate,quædã eſt in q̃titate molis,& quæ-
dam in quantitate uirtutis.Et licet Auer.in.8.Phy.in com.
79.in ſolone ſecundæ qõnis uideatur negare iſtam diſtin-
ctionem.Dicit.n.ad ſecundam aũt qõnem qua quęritur,ut
quid ſi poſuerimus actionem infinitã in corpore ſequitur,
ꝙ motus ſit in non tp̃e.Et nõ ſequitur ſi poſuerimus actio
nem infitam eſſe potentiæ non in corpore , ſic rñdentes
dicimus, ꝙ ſi poſuerimus actionem propriam eſſe corpo
ris ꝓpriam,ſequitur ꝙ inſit ei potentia infinita. Si aũt po-
ſuerimus alicuius nõ corporis,tunc potentia illius nõ põt
dici finita,aut infinita.Finitum.n.& infinitum ſolum de cor
poribus dici poſſunt, & ſic ſola actio ipſius dicetur infini-
ta,ſi autem potentiã infinitam poſueris in corpore ſeque-
tur,quod motio eius ſit in nõ tp̃e,quod eſt impoſ'e.Si aũt
illam poſueris non in corpore , tunc non dicetur, neq; fini
tum,neq; infinitum eo quod non eſt in corpore,non ergo
ſequitur ꝙ ſit mouens non in tp̃e. Cum in his non põt in-
B telligi una potentia maior alia eo quod non ſunt in corpo
re potentiæ , maius enim & minus ſolius eſt quantitatis .
Vnde ſi dixerimus potentias eſſe in corporibus,tunc actio
earum erit proportionalis.ſ.quod proportio potẽtiæ mo
tiuæ ad potentiam motiuam eſt ſicut proportio uelocita-
tis motus ad uelocitatem,exñtibus aũt non in corpore nõ
eſt ꝓportio,cum ꝓportio eſt ſolius magnitudini ad magni
tudinem, uel eorũ, q̃ inſunt magnitudinis eo quod inſunt
ei. Et hæc manifeſta ſunt per ſe.Ex qua authoritate clariſſi
me patet ꝙ maius,& minus,& finitum,& infinitum, ſimili
ter proportio nõ inueniuntur talia niſi in rebus corporeis.
Nihilominus Auer.ab ipſa tandem ueritate coactus retra-
ctauit ſe in.2.Cœli & mundi.in cõ.71 .Et in.3.cap.de Subſtã
tia orbis.ubi inquit,quod qui non poſſunt diſtinguere fini
tum in qualitate ſeu uigore à finito in quantitate & in tp̃e,
accidit eis iſta ꝑplexio.Et ibi & etiam.2.Cœli.cõ.38.&.39.
dicit ꝙ infinitas uigoris cõpetit formis inquantũ formæ.
Ita ꝙ nulla forma,ſiue ſit materialis, ſiue ſit abſtracta à ma
teria ſcđm ipſam eſt infiniti uigoris, unde q̃libet forma in
quantum forma eſt uigoris finiti,ſed dr̃ia eſt, quia formæ
materiales ſunt finitæ motionis in tp̃e,ſed formæ immate
riales ſunt infinitę motionis in tp̃e.unde ad literam.2.Cœ
li.ubi Ariſto.probat motũ cœli eſt terminatum tex.cõ.39.
C obiicit Com.& occurrit tacitæ obiectioni dicens.Et nõ de
bet aliquis cõtradicere huic inductioni dicendo ꝙ hoc nõ
eſt niſi in potentiis finitis materialibus . Vos aũt dicitis ꝙ
potentia motoris cœli eſt infinita, qm̃ nos nõ intendimus
per infinitum niſi infinitatem motionis.i. ꝙ motio eorum
non ceſſat. Infinitas aũt intenſionis ut illic non ſit propor-
tio inter potentiam motoris,& moti,impoſſibile eſt in for
mis,inquantum ſunt formę.Et pręterea etiam ratione pro
bari põt quod detur magnitudo profectionis , & uigoris.
Nam Ariſto.in.5. Primæ phiæ in cap. de Perfecto. & eſt
tex.cõ.21 .Et uirtus eſt q̃dam perfectio,unumquodq;.n. tũc
perfectum, & ſubſtãtia omnis tunc perfecta qñ ſcđm ſpẽm
propriæ uirtutis nulla defecerit pars eius ſcđm naturam
magnitudinis . Patet aũt ꝙ ul'r loquitur de omni ſubſtan-
tia,non.n.credendum eſt perfecti rationem ſolum in cor-
poralibus rebus ſaluari , poſſe cum longe magis perfecta
ſint entia incorporea, ſicut dicit Ariſt.in.2. Cœli & mundi.
tex.com.36. ubi arguit per locum à minori ad maius , ꝙ ſi
Cœlum quod eſt corpus eſt ſimplex & ingenitum,ꝙ cor-
ruptibile,multo magis mouẽs rationabile eſt eſſe tale.pri-
mum.n.primi & ſimplex ſimplicis,& incorruptibile,& in-
genitum incorruptibilis,& ingeniti motiuum . Qm̃ igitur
quod mouetur nõ tranſmutatur corpus exiſtens,neq; utiq;
mouens tranſmutabitur incorpora exñs.Amplius nõ nega
ret Phus ſpecies entium eſſe inequales in perfectione,cum
ipſe dicit,ſpecies entium eſſe ſicut numerus.quod etiam di
cebat Plato.ut patet.8.Meta.tex.cõ.10.Similiter indiuidua D
ſpecierum dicunt Phi eſſe æqualia in perfectione eſſentia-
li,quia in illis non eſt hoc prius, & illud poſterius.3.Meta.
tex.cõ.11 .Et ideo ſine dubio datur iſta diſtinctio apud Phi
loſophos,tñ non teneo omne ens de intentione Phi for-
maliter eſſe quantum ex ſe,& per propriam rationem,mo
uet me ratio,& authoritas.nam materia de ſe nullam ma-
gnitudinem perfectionis ex ſe formaliter habet ſed ſi quã
hẽt eſt à forma,quia perfectio &nobilitas,ut dixi in ꝓprio
Theoremate,& bonitas ſunt paſſiones.i. competẽtes enti
in actu quatenus in actu,& quia cum ſubſtantia materię nõ
permiſcetur actus omnino,ut dicit Auer.5.Phy.cõ.8. ideo
materia de ſe imperfecta eſt,& ideo appetit formam ſicut
turpe bonum . & fœmina marem , & hoc uidetur ſenſiſſe
Ariſt.in.1 .Phy.tex.cõ.81 .Exiſtente quodam diuino & opti
mo,&c.Vbi Com.in cõ.dicit. Et quia priuatio accidit ma-
teriæ de neceſſitate,& eſt hic perfectio diuina maxima cui
omnia entia appetunt aſſimilari,& ex qua appetunt acqui
rere ſcđm ꝙ natura eorum poteſt recipere,dicimus nos ꝙ
materia ſcđm ꝙ accidit ei priuatio eſt innata appetere ſe
aſſimilari primo principio ſcđm ꝙ poteſt,hoc eſt appetere
receptionem formæ.Videtur igitur materiam in tm̃ parti-
cipari magnitudinem diuinæ perfectionis,inquantum reci
pit formam,quæ eſt participatio quædam diuinæ bonita-
tis,& pulchritudinis.Confirmatur etiam authoritate Auer.
in.2.Phyſicæ auſcul.cõ.74.ubi Ariſt.in tex. ibi expreſſe di- E
cit nobilitatem eſſe à forma, inquit. Et dixit hoc ut notifi-
cet ꝙ forma non ſequitur naturam materiæ neceſſario ut
opinati ſunt antiqui naturalium.Sed natura inuenit eam ꝓ
pter hoc quod ens ſit in ſua natura nobilius . Et ideo for-
ma quæ ſequitur naturã entis non eſt dicta nobilior ut for
ma mathematica, non.n. dicimus ꝙ lineæ exeuntes à cen-
tro circuli ad peripheriam ſunt æquales,ut circulus ſit nobi
lior:ſed hoc contingit naturæ circuli.Et ideo nobilius non
inuenitur in formis mathematicis,hoc.n.ſ.nobilitas nõ ac-
cidit formis niſi ſcđm ꝙ ſunt finis.Diuini etiam tenent rela
tiones originis in diuinis non eſſe formaliter quantas,quia
neq; formaliter ſunt finitæ , nec formaliter ſunt infinitæ,ut
tenet Subtilis Doc.in.5.q. quolibetorum . Similiter teneo Limitatio
non omne ens formaliter eſſe ſimile , uel diſſimile alicui, propõnis.
quia non omne ens formaliter eſt actus,aut hñs actum per
propriam rationem.unde materia prima de ſe eſt primo di
uerſa ab omni actu,& ab omni qualitate tam ſubſtantiali q̃
accidentali.Nam.7. Primæ philoſophiæ . materia non eſt
quid, nec quale, nec quantum , nec uniuerſaliter eſt aliquid
eorum quibus ens eſt determinatum , ut patet in tex.cõ.8.
Dico igitur ꝙ Philoſophus bene dixit uidens uniuerſali-
ter omne ens omni enti comparatiuũ eſſe idem uel diuer- F
ſum formaliter,ideo dixit illud quot modis dicitur diuer-
ſum in.5.Primæ philoſophiæ requiratur . Sed limitatio &
intellectus completus ꝓpoſitæ ꝓpõnis talis eſt , omne ens
omni enti comparatum,aut eſt idem, aut diuerſum,aut eſt
identitas,aut diuerſitas. quia identitas ꝓprie loquendo nõ
dicitur idem nec diuerſum . ſed eſt quo aliquid dicitur eſſe
idẽ,& ſimiliter diuerſitas eſt quo aliquid dicitur diuerſum,
ſed diuerſitas nõ eſt diuerſum.Auic.dicit ꝙ relatio non re-
fertur,ſed eſt principium referendi pro quanto relatione
relatiuum dr̃ referri.,unde inquit melius dr̃ ꝙ relatio nõ re
fertur,q̃ dicere quod refertur ſeipſa . Alii aũt ſub aliis uer-
bis gloſſant ꝙ omne ens omni enti cõpatatum, aut eſt idẽ,
aut diuerſum,aut æquale,aut inæquale,aut ſimile,aut diſſi
mile,aut inhærens,aut non inhærens,& conſimiles ꝓpoſi-
tiones ſic hñt limitari,uidelicet,quod ſunt ueræ, aut forma
liter,aut denominatiue , uel ut quo . quia regula eſt apud
ſapientes ꝙ qñ aliqua ſunt q̃rum alterum eſt tale denomi-
natiue,aliud aũt eſt tale formaliter ſemper ſtatus debet eſſe
in.2. & fuit antiqua ꝓpõ Platonis dicentis , omne ens per
participationem debere reduci ad ens ꝑ eſſentiam,cui con
ſentit Ariſt.in.2.Primę philoſophiæ.tex.cõ.4.dicẽs unum-
quodq; eſt maxime tale per quod aliis in eſt uniuocatio,&
Auer.in lib.Deſtruct.deſtruct.in diſpu.6.in ſolutio.6. dubii
expreſſe dicit,ꝙ denominatio rei hñtis aliquid imperfecte